Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Reverendo Admodvm, Clarissimo, Consultissimoque viro ac Domino, D. Ioanni Coffræo Erclensi ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Visual Library

REVERENDO ADMODVM, CLA-
riſſimo, Conſultiſſimoque viro
ac Domino,

D. IOANNI
COFFRÆO ERCLENSI

Sereniſſimi DD. FERDINANDI, *Archiepiſcopi Colonienſis, Ducis Bauariæ, &c. Sigillifero, ac à Conſilijs ſuæ altæ memoratæ Serenitatis præſtantiſſimo, Collegiatæ Eccleſiæ* S. SEVERINI *Canonico meritiſſimo; Domino ac Mœcenati ſuo, obſeruabundus dedicabat.*

PETRVS HENNINGIVS
Bibliopola. Colon.

HAbet hæc noſtra ætas, Deo ſit laus, Colendiſſime Conſultiſſimeq; Domine complures, eoſq; profundiſſimos Theologos, præclariſſimos item vtriuſque fori iure Conſultos. Quoniã nonnulli tamẽ ex inhauſto fonte aquæ viuę

in vitam ęternam ſalientis, ſua per longiores, vt ita dicā, anfractus, & amplos nimis canales ad alios deuoluunt, adeò vt ſui imitatores, varijs iam curis & negotijs implicitos rarò alliciant, imò plerumque faſtidium ipſis pariant. Nonnulli è contra per meatus tenues nimis, & anguſtiores fiſtulas ſuccum exugẽtes, poſteris deguſtāda adeò ſuccinctè cõmendant, vt vix primis liceat eorum mẽtem labris attingere ac deguſtare, Proinde cùm hoc nuper R. P. Thomę Sanchez, authore, Cõpẽdium alibi editum ingenti eruditorum omnium applauſu exceptum viderẽ, me ipſis rem nec inutilem, nec ingratam facturum exiſtimaui, hoc ſi adderẽ, vt denuò typis cõmitteretur, quo facilius ſinguli copiā eius ſibi facere poſſent. Itaq; ad veſtrum ꝙ plurimū faceret inſtitutum & vſum, cui oportunius

quam

quàm veſtrę Conſultiſſ. Dominationi conſecrarē, non inueni. Nā nec qui melius vnquā mihi vellet, cognoui, nec cui frequentius hęc materia vſui venirent, deprehendi. Nihil autem eſt quod Authorē (cum ſibi ſimilē, qui de Matrimonio tam ſolidè ex grauiſsimorum etiam auctorum ſententia ſcribat; non habeat) pluribus commendem: cum omnium ferè & Theologorum & iure vtroque peritorum doctrinam in vnum cōpilaſſe videatur. Quod ſi itaque propter grauiores & frequentiores curas quotidiè obuias nouos in dies caſus incidentes ex Authore ipſo ob temporis anguſtiās conquirere nō licuerit; ex hoc Compendio, in ordinem alphabeticū peroportunè digeſto, colligere delectabit. Eo itaque vtere, & in annos precor fruere Neſtoreos. Dabā Colonię 12. Septembris. Anno 1623.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN